



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

56. An domini possint irritare vota servorum? Et quid, si votum sit audiendi Missam, jejunandi, communicandi, &c. Et quid de voto servandæ castatis? De votis vero ante servitutem emissis, an Domini ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](#)

Tractatus Octauus.

452

Sup. hoc ibi quæst. 2. & quæst. 4. Et debent docere omnes, qui a di-
dem, signan-
tis vota impuberum collata in tempus libertatis, vt
ter in duabus si voleant aliquid exequendum, cùm adolerint, va-
lida quidem esse, sed similiter irritari posse a parenti-
bus, & eorum qui loco parentum sunt, & hi sunt,
idem Sylvester dicit, verb. votum 4, quæst. 2. & verb.
Religio 2. num. 14. ex Panormitano in cap. scriptura, de
voto, & voti redempti. Navarrius in summa Latin. cap.
12, num. 67. Sotus lib. 7, de iustit. quæst. 3. art. 1. Funda-
mentum huius opiniois est: Primo, quia, sicut vota
impuberum habent ex dispositione iuri tacitam
conditionem, si patri placuerit, ac proinde possunt
irritari a dominis, & approbari, prout illis placuerit.
Secundo, quia professio viri inuita vxore facta ita est
irrita, & invalida ex sua natura, vt nec post mortem
quidem vxoris teneatur vir ad talem professionem, ad
Religionemque redire, vt patet ex capite quidam, de
conuersione coningat. & ex capite placer nobis, eodem
titulo, propterea quod corpus viri vxori subiectum, &
obligatum erat: atque magis subiectum est corpus ser-
ui domino, quam corpus viri uxori, & maius dominum
habet dominus in corpore serui, & mancipij, quam uxor
in corpore viri; ergo sicut votum professionis viri sine
uxoris consensu factum ita est irritum, & nullum, vt
nec post mortem uxoris obliget, ita etiam vota ser-
vorum collata in tempus libertatis, absque consensu
dominorum facta irrita omnino erunt, vel saltem a do-
minis irritari possunt.

Vnde ex his ego puto utramque sententiam esse
probabilem, ex qua etiam sequitur decisio illius dubii,
aut valcent contractus serui collati ad tempus liberta-
tis.

RESOL. LVI.

An Domini possint irritare vota seruorum?
Et quid, si votum sit audiendi Missam, ieunandi, com-
municandi, &c?
Et quid de voto seruanda Causitatis?
De votis vero ante seruitutem emissis, an Domini pos-
sint suspenderre eorum executionem?
Et obseruantur vxorem non possunt serui vota irritare, nisi
spectet ad eius bona parapernalia?
Et notatur posse Dominum serui impuberis parentibus
orbati omnia illius vota irritare, quod est validè no-
tandum. Ex p. 7. tr. 7. Ref. 27.

* Sup. aliqui §. 1.* R Espondeo ea sola vota irritari posse, quæ eo-
bus ex obsequio, & seruio obliterent, quia
tentis in hac ratione dominis subiecti sunt. Sie Navarrius
Ref. leg. su-
pta breuem
doctrinam
Ref. 54. pro
validitate a-
liorum vo-
torum.

* Quæ hic
est etiam
Responce-
dens, & in
aliis cincis pri-
mæ annor.

in ea sola ratione dominis subiecti sunt. Sie Navarrius
cap. 1. 2. n. 6. 4. Valentia 2. 2. disput. 6. quæst. 6. punct. 6.
questione ultima, Azorius lib. 11. cap. 16. quæst. 8. cap.
17. quæst. 9. Lessius lib. 2. cap. 20. dub. 14. num. 86. in 2.
edit. Suarez lib. 6. cap. 3. num. 1. 2. & 3. Sanchez plurimi-
bus relatis lib. 4. cap. 36. num. 2. Quapropter vota quo-
rum executionem serui emiserint in tempus soluta ser-
uitutis irritari non possunt. Sed de hoc vide superio-
rem refutationem. Quia neque in executione, neque
in obligatione dominorum obsequio præiudicant. De
votis vero ante seruitutem emissis suspenderre eorum
executio potest, si præiudicantia fuerint, & idem est
dicendum de votis obliterandi præcepta diuina; au-
diendi Missam, ieunandi, communicandi. Nam est
irritari non possunt, quia non sunt de materia ipsi domi-
nis subiecta: possunt tamen impediri, & suspenderre
aliquando si præcipiantur eo tempore fieri aliqua ope-
ra cum eorum obseruatione incompensabilia, vt bene
aduertit Sanchez d. cap. 36. num. 6. Quid à fortiori
procedit in votis rerum ad consilium pertinentium, vt
rectandi aliquas moderatas orationes, præstandive

aliquam moderatam abstinentiam. Votum vero cali-
statis, nullatenus irritari, neque suspendi potest. Quia
eius obseruatio neque præiudicat dominis potest, ne-
que impedit eorum continuum obsequium, vt facien-
tur omnes D. Et idem est de votis realibus, fu-
fortè serui aliqua bona habeant propria, vt docit
Suarez d. capite 3. numero 5. Secus vero si ex bonis
dominorum sint: nam eo ipso sunt eorum dispositiones
subiectæ.

2. Et idem non desinam hic apponere verba Vil-
allobos in summa, tom. 2. tract. 34. diff. 20. num. 1. vi-
fici art: En las cosas que el señor no perjudica a su se-
ñor, no es fúero a él, sino que es su suyo, y al-
no le podrá irritar los votos, que en ello tienen: ma-
en las cosas que perjudican al señor, no es suyo, y no
es del señor, y así se puede irritar todos los votos que
perjudican, como todos tienen. De suerte, que pu-
de libremente hacer voto de castidad, y aun casarse,
como consta del derecho, que quanto a esto no le es
fúero: mas podrá el señor irritarle el voto de pa-
grinación, y de rezar el Oficio diurno, y otros fe-
mejantes, como dice Santo Thomas, porque el señor
no en ningún tiempo es fúero del servicio de su señ-
or y estas cosas, es llano, que requieren tiempo. Ma-
sí Jesucristo los votos para cumplirlos desfuer que fúero
del dominio de su señor, es cierto que obligarían
no se le podrían irritar: porque nada desfuer para
fúero del señor. Ita ille: cui adde omnino videtur in
Trullench. in Decalog. tom. 1. lib. 2. cap. 2. dub. 37.
num. 1. & seq. qui optimè etiam obseruat vxorem in
possit serui vota irritare nisi spectent ad eius bona
raphefalia. Notat etiam idem Trullench. dub. 36. 37.
possit dominum serui impuberis parentibus obli-
gari, omnia illius vota irritare; quod est valde nota-
dum.

RESOL. LVII.

An serui possint validè, & licet matrimonium con-
trahere?
Et an peccet Dominus si prohibere intemperie serui,
ne ineat matrimonium, vel conetur impedit, at
supplicio afficiat seruum ob contrarium matrimo-
nium?
Et an Dominus post promissionem & sponsalia serui
non possit amandare, vel vendere illum in aliena re-
gionem? Ex p. 7. tr. 7. Ref. 36.

5. 1. R Espondeo non solum validè sed etiam li-
cite posse quemcumque seruum, ab quo si
lo consenserit dominus, legitimo matrimonio copulare.
Habetur in iure cap. 1. de coniugio seruorum, ubi sic
definitum est: Nec inter seruos debent matrimonio
vilitatus prohiberi; & si contradicentibus dominis,
& inuitis contracta fuerint, nulla ratione sine propter
hoc dissoluenda. Ratione probat Sanctus Thomas in
d. 36. quæst. 1. art. 2. Quia iure naturæ & divi-
no, singuli homines facultatem habent, & libe-
tem inveniunt matrimonium ad prorogationem huma-
nae speciei, & in remedium propriæ concupiscentiæ.
Quia facultate nullo humano iure poterant spoliari.
Neque potestas dominii in seruum, poterat hanc fa-
cilitati naturali prævalere: sed solum ad exigenda
civilia obsequia extenditur potestas dominii super ser-
uum. Quæ non sunt incompatibilis cum vinculo ma-
trimoniij. Quinimum, licet per vium & omnes cœmigij
non remaneat seruus adeo expeditus ad omnes ele-
quium, sicut si esset solitus, debet hoc ipsum tolerari
a domino, quia ex natura rei ita competit, ut libet
homini hæc facultas, vt spoliari ea non posset.

2. Hinc